

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Epistola Antonini, Ad populum Asiae de religione nostra. Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

De Iustini ad Antoninum Apologia.

CAP. XI.

Constat item eundem Iustinum, tum contra Gentiles librum accuratissimè lucubratisse, tum alios non-nullos, qui Apologiam pro nostra fide continent, composuisse: quos Imperatori Antonino, cognomento Pio, & Senatu Rom. dedicauit. Etenim Romæ est id temporis commoratus. Atque in eadem Apologia qui sit, quo genere, & quo loco natus, explicat his verbis. Imperatori Tito Aelio Adriano Antonino Pio, Cæsari Augusto: & verissimo filio adoptiuo Philosopho, & Lucio Philosophi Cæsaris natura filio, & Pii adoptiuo, humanioris literaturæ fautori, sacro sancto etiam Senatu, & P. Ro. pro his, qui ex vniuerso hominum genere immerito, planè & intutte rapiuntur in odium, ignominiisque vexantur, Iustinus Prisci Bacchij filius, exigente Flavia Neapolis verbis Syriae Palestinæ, unus ex illorum numero, supplex obnixis præcibus hanc meam petitionē offero.

Epistola Antonini, Ad populum Asie de religione nostra.

CAP. XII.

Abalis item fratribus in Asia degentibus, qui variis cuiusque modi contumeliis, iniuriisque à populo prouinciali erant magnopere onerati, idem Imperator rogatus, tale edictum in communi concilio Asie diuulgari præcepit.

Imperator Cæs. Marcus Aurelius Antoninus Augustus,

Armenius Pont. Max. Trib. Potest. xv. Cof. iii.

Communi concilio Asie. S.

Noui equidem diis curæ esse, ne tales homines impuniti in obscuro lateant: nam illi ipsi sat scio, de iis, ^{Iust. fo.} 163. qui cultum ipsis tribuere recusant, sunt multo acerbius supplicium sumpturi, quam vos. Ac quibus hominibus iam ipsi grauem exhibitis molestiam, & tanquam impios, atque à deorum cultu auersos insimulatis, eorum planè, quam habent, magnopere confirmatis religionem. Illis enim magis in optatis est, ut in criminis adducti, mortem

EUSEBII HISTORIAE

tem pro Deo suo oppetant, quām ut vita fruantur. Vnde ;
sua ipsorum vita hoc pacto prodita, multo maiore clario ,
rēq; reportant victoriā, q̄ si imperata, que vos ab ipsis fie-
ri postulatis, obirent. Cæterū de terræ motibus, qui vel ,
præterierunt, vel iam sunt, non alienum à ratione vide-
tur vos commonefacere: quandoquidem & cum adsint, ,
animos dimittitis, & infelices vestri omniū casus in illo-
rū religionē, tanq; eorundē caussam transfertis. At illi cū ,
tale quid eueniat, constantius firmusq; Deo fidunt. Vos ,
autem toto illo tempore, Deum penitus ignorare, resque ,
sacras prorsus contemnere, & non solum cultus, qui soli ,
Deo debetur, inscii esse & expertes, verum etiam eos, qui ,
illū obseruant & venerātur, grauiter exagitare, & ad mor-
tē vsq; infectari videmini. Pro quibus hominibus, multi ,
qui nostris præfuere prouinciis, iā ante diuinissimo sau-
ctissimoq; nostro patri literas scripserunt. Ad quos qui-
dē ille rescripsit, nihil eiusmodi viris negotij faceſſendū ,
nisi forte aliquid maleficij contra Rom. imperium desig-
nare moliantur. Ad me etiam eorū cauſa scripſere multa ,
quibus per literas, patris mei sententiae & voluntati af-
fenties, respōsum dedi. Quod si quispiā igitur cuiq; Chri-
ſtiano, quia Christianus sit, pergit molestię quicq; aut cr̄
minis inferre, ille, cui crimē illatū fuerit, etiam si re ipsa
Christianus deprehensus sit, absoluatur: qui autem illum ,
accusauerit, iustū debitūq; suppliciū subeat. Hoc editū
Ephesi in cōmuni totius Asie concilio diuulgatum fuit.
Atque ista ita accidisse: Merito Sardēsis ecclesiæ episcop-
pus (qui eodem tempore hominum fama celebris fuit) te-
statur perspicue suis ipsis verbis, que sunt posita in Apo-
logia utlissima illa quidem, quam per nostræ fidei & re-
ligionis defensionem contexuit, eamque Imperatori Ve-
ro dedicauit.

Quæ de Polycarpo Apostolorum familiari traduntur.

CAP. XIII.

T'emporibus modo demonstratis, dū Anicetus Rom. ecclesiæ præerat, Polycarpum, cui adhuc suppedita-
bat vita, Romam aduentasse, & cum Aniceto in cō-
gressū colloquiūq; de cōtrouerſia, que fuit de die Pasche ,
cele-